

29. Juventus quando recta rationis freno caret, quantum malum est. *Ibid.*
 30. O quantum malum plerumque operatur unus juvenis temeritas, et quantam perniciem affert. *Ibid.*
 31. Tanto gravior perniciēs, profundiusque precipitium, quanto concupiscentiæ major vis in juvenibus, quantoque flamma inest eis vehementior. Homil. 4, de Fide Anna.
 32. Proclivior ad concupiscentias est juvenis, eisque facilius capitur. *Ibid.*
 33. Juventus majore opus habet custodia, acriore freno, tutiore munitione ac obstaculo. *Ibid.*
 34. Otiosa juvenis impudenter educata, omni ferocissima bestia immanior est. Homil. 38, super *Matth. Oper. perf.*
 35. Præcipium vitium juvenile est gloriatio, quæ amplius vult videri quam est : aut in toto vult videri, non esse qualis est. Homil. 33, super *Matth. Oper. imperf.*
 36. Est juvenis fara, plurimis indiget institutoribus, magistris, pædagogis, assediis, atque nutritoriis. Homil. 9, super 1, ad *Timoth.*
 37. Juventus contineri non potest, non secus quam equus quidam indomitus, veluti fera bellua. *Ibid.*
 38. Difficilis res est juvenis, quia jactabilis, fallibilis, labilis est, et vehementioris indiget freni. Homil. 1, ad *Popul. Antioch.*
 39. Angelicus juvenis, senibus satanizat in annis. Tract. de *Parvul. ad Christ. trahendis*, consid. 1.
 40. Qualem te senem esse desideras, talis nunc quoque juvenis vivas. De *Inst. vilm sacerdot.*, cap. 2.
 41. Juventutis aetas admodum solet esse indomita, atque omnis regiminis impatiens ac sæculo dedita. In *Apoloq. pro Thaulero*, cap. 5.
 42. Juvenum forma decentior, aspectus graciosior, cibus abundantior, potus crassior, aer salubrior, terra fertilior, amenitas jucundior, parvus his enervatur animus. Lib. 3, epist. 10.
 SENTENTIÆ PAGANORUM.
 ARISTOTEL. 43. Juventus ad voluptatem propensior est. Lib. 7 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 14.
 44. Maxime intendendum est circa disciplinam juventutis : nam id neglectum in civitatibus affert Reipublice detrimentum. Lib. 8 *Polit.*, cap. 1.
 CICERO. 45. Juvenes aptissimi ad cupiendum sunt, potentisque facere quæcumque cupiant, et vehementer quidem cupiunt, cessant autem cito. Lib. 2 *Rhetor.*, cap. 12.
 PLATO. 46. Omnium juvenum natura, ardens et quasi ignea, minime quiescere potest. Lib. 2, de *Legib.*

47. Ingrata est juvenus. Lib. 4 *Benef.*, SENECA cap. 17.
 Vide etiam tit. *Delicia*, sent. 79; *Lascivia*, sent. 23; *Malitia*, sent. 71; *Personarum accept.*, sent. 30; *Pulchritudo*, sent. 35; *Severitas*, sent. 23; *Spes*, sent. 72; *Tuclturnitas*, sent. 36; *Vinum*, sent. 61.
 LABOR.
 Definitio. Labor est functio quædam, vel animi, vel corporis gravioris operis et muneris. Lib. 2, *Tuscul. quæst.*
 Divisio. Est labor interioris hominis, est labor et exterioris. Labor interioris, labor est scientiæ : labor exterioris, exercitium est operationis. *Prosecc.*
 Labor scientiæ in tria dividitur : in laborem disciplinæ, exercitii, et doctrinæ.
 In pueritia labor discipline, in juvenile exercitii, in senio doctrinæ : ut qui nescit, in pueritia discat : quæ didicit, in juvenile ad usum doceat : quod ad usum duxit, in senio doceat. Lib. 2, de *Claustro anime*, cap. 14.
 Productio. Otium stultitiam, labor scientiam generat. *Ibid.*
 SENTENTIÆ PATRUM.
 4. Magna bona non acquiruntur, nisi magno labore. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 16.
 2. Nemo est mortalium, qui non laboret in ista misera vita, sive sit inops, sive sit opulentis, sive servus, sive liber, sive peccator, sive justus, omnes æque laborant. *Prosecc.*
 3. Alia enim ratione justus, alia peccator laborat : siquidem justus ideo in labore est, ut Deum querens affligat corpus suum, donec percipiat inmarcescibilem coronam, quæ illi reposita est.
 4. Peccator vero laborat, non justificatus, sed ob eam rem fovendam, alios atque alios labores suscipiens. De *virginat.*
 5. Nihil amicis hujus mundi laboriosius, quam non laborare. De *vera Relig.*, cap. 85.
 6. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur? Epist. 45, ad *Armentarium*.
 7. Vis desideriorum facit tolerantiam laborum. De *Patient.*, cap. 4.
 8. Non perdidit laborem meum : dicitur labor non perisse, non quia manet perpetuus, sed quia non est inaniter fusus. *Ibid.*, cap. 29.
 9. Nullo modo sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectant : sicut venantium, aucupantium, piscantium, vindemiantium, negotantium, Iudo aliquo sese oblectantium. *Prosecc.*

10. In eo enim quod amat, aut non laboratur, aut et labor amat.
 11. Quam pendendum et dolendum est, si delectat labor, ut fera capiatur, ut cuppa et sacculus impletur, ut pila jaculatur; et non delectat ut Deus acquiratur. De *Bono viduit.*, cap. 21.
 12. Quid est hoc, quod cum labore meminimus, sine labore obliviscimur? cum labore discimus, sine labore nescimus? cum labore strenui, sine labore inertes sumus? *Prosecc.*
 13. Desidia, segnities, pigritia, negligentia vitia sunt, quibus labor fugitur, cum labor ipse etiam, qui est utilis, pena sit. Lib. 22, de *Civit. Dei*, cap. 22.
 14. Si ubi est timor operetur labor, ubi erat labor, erit et amor. Lib. 2, de *Adulterinis conjugiiis*, cap. 43.
 15. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. Super *Psalm. LXXXII*.
 16. Non recusetur labor, si adest amor : quoniam qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus gravis est. Tract. 48, super *Evang. Joan.*, cap. 10.
 17. Pausationem non querit, qui laborem non sentit. De *catechis. rud.*, cap. 17.
 18. Fructus solet laborem consolari. Expos. super *Epist. ad Galat.*, cap. vi.
 19. Tentat labor, ut frangat. Lib. 4, contra *Julian.*, cap. 46.
 20. Labor nullus, amor magnus. Lib. 4, de *Musica*, cap. 9.
 21. In hoc mundo non laborare, impossibile est. Epist. 82.
 22. Labores longa consuetudine familiares redditi, minor cum molestia is ingruunt, qui is assueverint. Apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parric.*, cap. 70.
 23. Laboribus sanitas, et sudoribus salus comparatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 403.
 24. Laboris et quietis repetita identidem vicissitudo, lassitudinem laborantis sentire non sinit. De *Institut. Monachor.*, serm. 1.
 25. Labores quibus diutino usu assueveris, minus offendant, si incididerint in exercitium. Orat. 2, de *Laude jepunii*.
 26. Omnis laboris remedium, alterius laboris initium est. Serm. de *primordiis*.
 27. Causam laboris remedium, alterius laboris initium est. Serm. de *primordiis*.
 28. Qui in labore hominum non sunt, in labore demonum profecto orant. Serm. 23, super *Cant.*
 29. Multa quæ respiciunt otiosus, post laborem sumes cum desiderio. Epist. 1, ad *Robertum Neapolem suum*.
 30. Nullus ibi apparet labor, ubi verus est amor. Serm. 14, de *Vicna Domini*.
 31. Honorum laborum gloriosus est fructus, sed malorum nullus. Super *Luc.*, cap. 11.
 32. Misera sane et extrema dementi commutatio, humanum declinare laborem, et præparatum diabolo stridorem eligere sempiternum. Serm. 4, in *die Ciner.*
 33. Quis unquam sine labore dives? quis sine labore aliquam artem didicit? quis absque labore sapiens esse poterit? Serm. 2, de *S. Gregorio*.
 34. Gustata utilitas et suavitas virtutis, lenit pondus laboris. Lib. 1, de *Project. Relig.*, part. 4, cap. 3.
 35. Ne terreat quemquam labor, etiamsi vitam laudabilis aspera se ostendat via, etiamsi difficilis atque ardua ad virtutem semita proponatur. *Prosecc.*
 36. Non est enim, non est cuiquam datum, ut exigens erogando labores, actionum præstantissimarum exitiis opibus discescere liceat : sed perpetuo sudoribus proportione respondet, qui ex illis existunt fructus. Homil. 15, de *Festis Paschal.*
 37. Promptior sit omnis operarius ad preferendos labores, si præmium laborum præviderit : qui vero sine præmio laborant, et anima et corpus illis concidit. *Cateches.* 18.
 38. Honestos labores laboriose ac studiosè suscipito, ut labores inanum laborum effugias. *Prosecc.*
 39. Justorum enim labores, fructum vite proferunt : et labores peccatorum, laqueis et ærumnis pleni sunt. De *Recta vivendi ratione*, cap. 25.
 40. O quanti, et quam diuturni labores subito perant, dum id quod acquirere studentes, custodire negligimus! Homil. 4, ad *Monach.*
 41. Valde dura et nimis dolenda conditio omni intentione studium laboris impendere, et fructum non recipere post laborem. *Ibid.*
 42. Opus est ut laborem corporalem, spiritualis fructus subsequatur. *Ibid.*, homil. 8.
 43. Laborandum et cuique exercitandum est in opere, ne otio deditus per illicita corde aut lingua vegetet. In suis *Opuscul.*, oraculo 17.
 44. Nonnulli hominum ita otiosæ mentis sunt, ut si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant. *Prosecc.*
 45. Et nonnulli ita inquieti sunt, ut si vacatione laboris habuerint, gravius laborent : quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacat. Lib. 6 *Moral.*, cap. 17.
 46. Laborantem consolari, est pariter in labore persistere : quia sublevatio est laboris, visitatio collaborantis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 5.

47. Cum labore, qua aeterna sunt mens discit, sed horum repente obliviscitur, si labore desiderit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 20.

48. Sepe agitur in animo perfectorum, quod cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Lib. 2 *Dialogi*, cap. 3.

49. Quibusdam pravis mentibus nihil est laboriosius, quam si eis precipiatur ut in huius mundi acibus non laborent. Homil. 10, super *Ezech.* super illud : *Oseea x : Ephraim vitula docta*, etc.

50. Unusquisque quanto amplius pro aeterna vita labore conatur, tanto ferventius ad laborandum sancti Spiritus ardore succenditur. Lib. 6, in *I Regum*, cap. III.

HAYMO. 51. Labore debet homo unde vivat, non unde dives efficiatur. *Serm. Dom. 16, post Pent.*

S. HIERON. 52. Labore terrens? at nemo athleta sine sudore coronatur. Epist. 4, ad *Heliodor.*

53. Nihil sine magno labore vita dedit mortalibus. Epist. 13, ad *Paulin.*

54. Quamvis magnus, facile contemnitur labor, ubi non tam laboris quantitas, quam ejus utilitas cogitatur. Epist. 5, ad *Virginem in exilium missam.*

55. Ad contemendos labores, experimenti opus est. Epist. 6, ad *Amicum.*

56. Magis quilibet labor suscipitur, si ante oculos preponatur ipsius laboris utilitas. In *Regula monachorum*, cap. 48, de *Leude Religio.*

57. Nihil injustius est, quam alterius labore alterum perfrui : et hoc justissimum est, ut suo quis labore fruatur. Super *Ecclesiasten*, cap. 1, super illud : *Non est bonum homini*, etc.

58. Pius labor, sed periculosa praesumptio. Super *Evangelia*, in prin. Praefat.

59. Labor exercendus est, sollicitudo tollenda. Lib. 1, super *Matth.*, cap. VI, super illud : *Ne solliciti sitis*, etc.

60. Omnia sunt cum labore, sola charitas sine labore est. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. V, in illud : *Per charitatem servite*, etc.

61. Qui experiuntur senetipos, ex labore proprio discent ignoscere laborantibus. Super *Epist. ad Ephes.*

S. HILARIUS. 62. Labor ministerium corporis est, fructus vero merces laboris. Super *Psaln.* CXXVII.

HUGO A S. VICTORE. 63. Labore caro affligitur, otio nutritur. Lib. 2, de *Claustr. antea*, cap. 14.

HUGO CARD. 64. Ut delectet labor, Dominus condimentum triplicis herbae apponit, dans pietatem in intentione, alacritatem in affectione, humilitatem in executione. Super *Genes.*, cap. 48.

S. IGNAZIUS MART. 65. Praesens labor medicus, multa autem (quam

hinc expectatur) merces est. Epist. 4, ad *Mariam Casabohitem.*

66. Ubi laboris plus est, ibi et plus emolumentum. *Ibid.*, epist. 11, ad *Polyeap. episc. Smyrn.*

67. Semper aequanimis quilibet fatigatio susinetur, et sine fastidio labor impenditur, si interjecta ei vicissitudo quadam, vel operis immutatio qualescunque succedat. De *Canob. inst.*, lib. 3, de *noct. Orat.*, cap. 11.

68. Labor est parvi temporis, merces autem laboris finem non habet, neque cedit tempori, neque marcescit; sed perpetua est, et immortalis. Homil. 42, super *Gen.*

S. JOAN. CHRYSOST. 69. Laboris desidia inolescit hostis severitas. *Serm. de Genes.*

70. Omnia Deus posuit in labore, ut in omni re mercedem preparat. Homil. 29, super *Matth. Oper. imperf.*

71. Servus laborando oculos heri sui respicit, mercenarius operator ad operis sui dominum praemia daturum, discipulus ad preceptorem. *Serm. 17, super Epist. ad Rom.*

72. Labor Christiani occasio est praemiorum futurorum. Homil. 42, super *I Cor.*

73. Non propter spem regni caelestis, sed ut Deo placeat, viro bono est laborandum. *Ibid.*

74. Labor immensus in mundanis, fructus autem parvus, et sepius ne parvus quidem. Homil. 9, super *II Cor.*

75. Sufficit tibi labor, quem praeteris in vita propter usus necesarios : noli superfluo pro superfluis laborare, ne labor quidem fiat tuus, fructus autem alterius. Homil. 16, super *Matth. Oper. imperf.*

JOAN. GENS. 76. Facilis labor, quem amor operatur. *Serm. Septuages.*

JOAN. TRITU. 77. Habet labor iste solatium, quem divina moris confirmat incendium. Lib. 2, de *Vir. illustr. ord. S. Bened.*

78. Habet labor ipse solatium, quem amor inflammatur. Orat. 2, in *Conventu Abbat.*

S. IEGORIS PELOSIOVA. 79. Salius ac praestabilius est, a laboribus ad requiem, quam a voluptate ad cruciatum proficisci. Lib. 2, epist. 174, ad *Theodos. presbyt.*

80. Laborum praemii spes, magnum offert praclarumque solatium. Lib. 6, de *Div. Inst.*, cap. 9.

81. In suscipiendis perferendisq; laboribus, vis officiumque virtutis est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 8.

82. Certe nullus labor est recusandus, quod id acquiratur, quod nullo modo possit amitti. *Ibid.*, lib. 6, cap. 4.

83. Dum plus justo caro per inordinatos labores affligitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur. De *Ligno vite*, Tract. 2, de *Sobriet.*, cap. 4.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. LEO I. 84. Liberius suscipitur labor pro desiderio voluptatis, quam pro amore virtutis. *Serm. 2, Quadrag.*

MINUT. FEL. 85. Vires et mentis et corporis, sine laboris exercitatione torpescunt. In suo *Octavio.*

S. NILUS. 86. Ille laboriosus est, cui non tempus superat. *Paraves.*, 21.

87. Cum ad labores manum moveris, lingua psallat et mensoret. *Ibid.*, *Paraves.* 80.

S. PETERUS DAMIANUS. 88. Si laboris delectat exercitium, habet sancta quies laborem suum. Lib. 6, epist. 5, ad *Monach. Cluniacen.*

PHILOJUD. 89. Mortali nemini adipisci bona sine labore datum est. Lib. 2, de *Sacrific. Abel.*

90. Qui otium ut noxium fugiunt, ad laborem se applicant. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

S. SYNESIOS EPISCOPUS. 91. Regium corpus minime labore tentatur : quisquis enim palam laborem capessit, nequam labore vincitur. De *Regno ad Arcadium.*

92. Laboris cessatio saepe aliorum laborum initium est. In *Catolasti.*

S. VALER. EPISC. 93. Nihil est quod non labor exuperet, si tamen in alteram partem, ut assolet, animus non declinet. Homil. 3, de *Arcta vita.*

94. Non potest fieri ut corpus assuescat labori, nisi voluntas obtemperet laboranti. *Ibid.*

95. Omnem profecto modum sacrilege superstitionis excessit, qui in laboribus justis partem Deo subtrahit, a quo sapientiam spiritum accepit. *Prosec.*

96. Omnia itaque laborum insignia ad Deum referenda sunt, ne sancti Spiritus dona rescindat. *Ibid.* homil. 11.

97. Quisquis servus in domini positus potestate laboraverit, necessario domini est : habet quidem gratiam laboris sui, sed domino debet fructum operis impleti. *Ibid.*

98. Omnis labor qui supervenit homini, victoria est illi. In *Sent. in fine positus*, sent. 68.

99. Beatus, qui sustinet laborem cum gratiarum actione. *Ibid.*, sent. 99.

S. ZENO EP. ET MART. 100. Ex laboribus fructus est, non ex fructibus labor : hoc ministerium corporis est, fructus vero merces laboris. *Serm. de Psaln.* CXXVII.

SENTENTIAE PAGANORUM.

101. Labor exsiccat. De *duturn. et brev. vite.*

102. Est mollitie laboriosa fugere; Lib. 3, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 8.

103. Simul mente et corpore laborare non oportet, cum invicem impedire nata sint : labor quidem corporis mentem, mentis autem corpus. Lib. 8, *Politie.*, cap. 4.

104. Mollities et mollis est succumbens labori-

bus : non certe omnibus, sed quos alius aliquis necessario duxerit sustinendos. Lib. 2, *Magnor.*, cap. 6.

105. Conserva potius, que sunt jam parva laboribus. CATO POET.

106. his. Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas. Lib. 1, *Distich.* 76.

CICERO. 107. Suaevis est laborum praetertorum memoria. Lib. 2, de *Finib.*

108. Consuetudo laborum, perpessionem dolorum efficit faciliorem; nam ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet. Lib. 3, *Tuscul. quasi.*

109. Moderati labores efficiunt, ut corpora sint bene constituta. de *Philosoph.*

SENeca. 109. Interdum continuatur labor, firmiores facit : saepe quos labor roboraverat, desidia consumpsit. Lib. 1, *Controvers.* 8.

110. Non est vir fortis et strenuus, qui laborem fugit. Epist. 22.

111. Generosus animus labor nutrit. Epist. 31.

112. Nullum laborem recusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur. Epist. 51.

113. Pigro supplicii loco labor est. Epist. 71.

114. In quibus procedere debet labor, haec tibi opta evenire post laborem. *Sent.* 117.

SIXT. PHILOSOPH. 115. Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima, sapiens eris. *Ibid.*, sent. 291. Vido etiam tit. *Difficultas*, sent. 55; *Dolor*, sent. 60; *Felicitas*, sent. 19, 20, 50; *Humilitas*, sent. 129; *Meritum*, sent. 52; *Passio* in genere, sent. 64; *Peregrinatio*, sent. 13; *Remissio animi*, sent. 33; *Remuneratio*, sent. 8, 9, 10, 19, 24, 48; *Requies*, sent. 48; *Tempus*, sent. 122; *Vanitas*, sent. 27; *Vita humana*, sent. 9; *Uvus*, sent. 53.

Divisio. Tres sunt species lacrymarum : amara, calida, dulcis. Amara, cum pro se effunditur; calida, cum pro aliis emittitur; dulcis cum pro desiderio regni caelestis fletur. *Expos. 4, super Psalm.* cxviii, in illud : *Exilus aquarum*, etc.

Est fletus compunctionis, fletus compassionis, fletus devotionis. Tit. 7, *Diata*, cap. 3.

Differentia. Tres sunt lacrymarum differentiae. Sunt lacrymae quaedam rerum apparentium, et eae amara valde sunt, et ranae; sunt lacrymae doloris ac penitentiae, et illae sunt dulces, et utiles vehementer; sunt lacrymae impotentiae, et ubi fletus est, et stridor dentium, et haec acerbae valde sunt, et inutilis. De *timore Dei.*

HUGO A S. VICTORE. *Comparatio.* Sicut sol post pluviam clarior ful-

get, sic Christus post irrigationem lacrymarum benignior apparet. Lib. 3, *de Claustro animae*, cap. 7.

SENTENTIAE PATRUM.

- AENEAS. 1. Si qui non habent quod fiant, lapsus fiant peccantium : etenim qui aliorum lapsus fleverint, suos cavebunt. In *Exhort. ad virgines*.
2. Pius est affectibus quaedam etiam flendi voluptas, et plerumque gravis lacrymis evaporat dolor. De *Obitu Valentiniani imperat.*
3. Non solus dolor lacrymas habet, habet et lætitia lacrymas, et pietas lætitem excitat, et oratio stratum rigat. De *Obitu Satyri fratris sui*.
4. Ipsæ dulces sunt lacrymæ, ipsi fletus juveni quibus restinguunt ardor animi, et quasi relaxatas evaporat affectus. *Ibid.*
5. Flere in oratione, virtutis est. *Ibid.*
6. Flere familiare virginibus est, quibus mollior sævus tener affectus confuitu communis fragilitatis. *Ibid.*
7. Lacrymæ, tacite quodammodo preces sunt; veniam non postulant, et merentur : causam non dicunt, et misericordiam consequuntur. Serm. 46.
8. Antequam fletet Petrus, lapsus est : postquam flevit, erectus est, et qui ante lacrymas prævaricator extitit, post lacrymas pastor assumptus est. *Ibid.*
9. Nescit flere, qui flenda adhuc committit : et cum sit ipse lacrymabilis, non habet culpæ lacrymas suæ. Super *Psal. cxxviii*, serm. 7, vers. 7.
10. A sancto viro plus culpa, quam ærumna defletur. *Ibid.*, serm. 18, vers. 8.
11. Ablue te lacrymis tuis, lava te fletibus : si tu ipse te fleveris, alius te non flebit. Nam si Saul flevisset peccata sua, Samuel eum non flevisset. Lib. 5, super *Luceam*, cap. 6, in illud : *Beati qui nunc fletis*.
12. Qui flet, non superbit, sed mistis est et patus : qui luget, humiliatur. *Ibid.*
13. Lacrymas Petri lego, satisfactionem non lego : sed quod defendi non potest, ablu potest. *Prosec.*
14. Lavant lacrymæ delictum, quod voce pūdor est confiteri.
15. Et venis fletus consulunt, et verecundæ lacrymæ sine horrore culpam loquuntur.
16. Lacrymæ crimen sine offensione verecundiæ confitentur.
17. Lacrymæ veniam non postulant, sed merentur.
18. Bonæ lacrymæ, quæ lavant culpam : quos Jesus respicit, plorat delictum.

19. Negavit primo Petrus, et non flevit, quia non respexerat Dominus.
20. Negavit secundo, et non flevit, quia adhuc non respexerat Dominus.
21. Negavit et tertio, et respexit Jesus, et ille amarissime flevit.
22. Flevit amarissime Petrus, flevit ut lacrymæ suum posset lavare delictum : et tu si veniam vis mereri, dilue culpam lacrymis tuam. Lib. 10, super *Luceam*, cap. 22, illud : *Nescio quid dicam*.
23. Qui lapsus es, Petre ? antequam fletes : postquam flevisi erectus es, ut alios regeres, qui teipsum ante non rexeris. *Ibid.*
24. Quia post baptismum inquinamus vitam, baptismus in lacrymis conscientiam. *Prosec.*
25. Iniquitati post aquam salutis, renascamur in lacrymis. Et habet, apud Bedam.
26. Magna virtus in lacrymis est; et præclara per eas fiunt : magna enim peccata, et iniquitates per lacrymas obliterantur. De *Virginit.*
27. Nunquam divinitas preces ac lacrymas despiciat peccatorum. Epist. 197, *ad Bonifac.*
28. Valde durus ejus mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. *Prosec.*
29. Sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis, et dolorem peccati lacrymis non ostendit. De *Vera et falsa penitentia*, cap. 9.
30. Ubi fuerint lacrymæ, ibi spiritualis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat. De *Salut. document.*, cap. 43.
31. Quanto quisque est sanctior, et desiderii sancti plenior, tanto fit ejus fletus uberior. Lib. 20, *de Civil. Dei*, cap. 17.
32. Plorat in gemitu, qui orat : dulciores sunt lacrymæ orantium, quam gaudia vanitantium. Super *Psal. cxxvii*.
33. Multi fletu fletu Babylonicæ, quia et gaudent gaudio Babylonicæ : quia gaudent lueris et fletu damnis, utrumque de Babylonia est. *Prosec.*
34. Flere debes, sed recordando Sion : si recordando Sion fles, et quando tibi secundum Babyloniæ bene est, oportet ut fles. Super *Psal. cxxxvi*, vers. 4 : *Super flumina Babyloniæ*, etc.
35. Vere consolationis et lætitiæ testes et nuntii, sunt suspiria et lacrymæ. De *Scola paradisi*, cap. 6.
36. O felices lacrymæ ! per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. *Ibid.*
37. Sicut comes penitentis dolor est, ita lacrymæ testes doloris sunt. Hom. 50, ex *Quinquag. Hom.*
38. Lacryma sancta motus illicitos extinguit, paradisum aperit, infernum claudit. *Prosec.*
39. O felix lacryma ! tu carnalem cogitationem

S. ATHANAS.
MAGNUS.

S. AUGUST.

S. BASILIUS
MAGNUS.S. BASILIUS
SELEUC.

S. BERNARD.

S. BONAV.

- extinguens, peccatorum morbum expellis, virus culpæ evomis.
40. O felix tabula ! o vitalis navicula ! per quam naufragus redire potest ad portum salutis.
41. O aqua salutaris ! per quam omne peccatum destruitur : o vita ! per quam ad paradisum gradimur.
42. O spiritale conductum ! per quod de invio ad viam transitur.
43. O felix lavacrum lacrymarum ! quod toties vales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum.
44. Hæc est herba coelestis illius fullonis, qua vestes servorum suorum deturpatas a sordè quotidianè purgat.
45. Hoc est coeleste nitrum, quod de rore divinæ gratiæ coniectum, abstergit maculas peccatorum.
46. Hoc est lixivium, quo interioris hominis caput optime abluunt. Serm. 2, *ad Frat. in eremo*.
47. Fieri non potest, ut filius lacrymarum peccet. Lib. 3 *Conf.*, cap. 12.
48. Lacrymarum erumpentes, afflictionis copiam discutiunt. Epist. 69.
49. Peccatum lacrymis curatur, peccatum lamentis expurgatur, animæ illuvies oculorum fontibus extergitur. Orat. 17.
50. Lacrymæ penitentium vinum Angelorum sunt, coquod in illis vitæ odor, sapor gratiæ sit, indulgentiæ gustus, reconciliationis jucunditas, sanitas, redeuntis innocentie, serenitate suavitas conscientie. Serm. 30, super *Cant.*
51. Quid dulcius lacrymis charitatis ? flet charitatis, sed ex amore, non ex merore : flet ex desiderio, flet cum fletibus. *Ibid.*, serm. 58.
52. Viri sancti in tribulatione, vel contritione vehementi, non solent parere oculis. Super *Lamentation.*, *Hierem.*, cap. 2.
53. Peccator es, melius est tibi lacrymas fundere, quam perire. Serm. *de S. Catharina*.
54. Quanto quisque sanctior est, et sancto desiderio plenior, tanto est in orando ejus fletus uberior. Serm. 5, *de uno Confess.*
55. Vis amoris per lacrymas emanat : et ideo ubi amor non est, lacryma cessat. Tit. 7 *Diatæ*, cap. 3.
56. Lacryma spiritum contritum lavat, ipsum devotum levat, spiritum malignum necat, terram cordis irrigat, sitim sedat, orando efficaciter impetrat. *Ibid.*
57. Flammam suggestionis extinguit citius aqua lacrymarum. *Ibid.*
58. Lacrymarum effusio peccatorum vulnera

lavat, et mundificat. De *sex alis Cherubin*, ala 2, penna 2.

59. Fletus cibus est animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, reflectio mentium, lavacrum culparum. Super *Psal. xli*, vers. 3 : *Fuerunt mihi lacrymæ*, etc.

60. Lacrymæ, quæ in conspectu Domini ponuntur, jucundæ sunt : quia non cruciant, sed a cruciatibus liberant. Super *Psal. lv*, vers. 8 : *Posui lacrymas meas*, etc.

61. David peccatens vindicabat lacrymis concupiscentem oculum. *Cateches.* 2.

62. O humilis lacryma ! tua est potentia, tuum est regnum : tribunal judicis non vereris, accusatoribus effundentium te imponis silentium. *Prosec.*

63. Non est qui te accedere vetet, nec vacua pedis : magis affligis diabolum, quam infernale supplicium ; tu vincis invicibilem, et ligas omnipotentem. Super *Hymn. Quadrag. ad Vesperas*.

64. Magnus profectus est lacrymarum ; plorando servus propitiatur Domino, filius lacrymis mitigat patrem, et asperam matrem plorans mulcet parvulus. *Prosec.*

65. Ita et peccator profusus fletibus removet iram Dei : Petrus enim trinam negationem lacrymis diluit. Hom. 11.

66. Lavatur et mundus est, qui et præterita plangit, et flenda iterum non admittit. *Prosec.*

67. Lavatur et non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit : et post lacrymas, ea quæ flevit repetit. *Ibid.*, homil. 8.

68. Ubi lacrymæ abundant, ibi cogitationes sordidæ non approximat. Et habetur apud Bedam, in suis *Scintillis*, cap. 6.

69. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis, ad sanandos ipsius cordis dolores. Homil. 5, *ad Monach.*

70. Non potest sæculi convivis tam esse suavis cuiuscunque liquoris per os et guttur ingurgitatio, quam est peregrinis Dei per natantes oculos, lacrymarum effusio. In *Annot. super Psalm. xli*, vers. 3.

71. Humilium fletus, magnus est concupiscentie carnalis interitus. Epist. 4, *ad Probam*, cap. 5.

72. Lacrymæ quæ ex compunctione cordis veniunt, et inimicum vincunt, et nobis donum lætitiæ triumphalis acquirunt. *Ibid.*

73. Lacrymæ pondus vocis habent : impetrant, non supplicat. Super *Judith*, cap. 8.

74. Lacrymæ consolantur, quibus crimina abluuntur. Super *Thren.*, cap. 3.

75. Luctu anima suo pascutur, cum ad superna gaudia flendo sublevarur : et intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo reflectionis pabu-

CASSIOGOS

S. CYRILLUS
HIERSOL.DIONYSIUS
CARTHUS.

S. ELIENSIS

S. EPHREM.

S. EUSEBIUS
EMISEN.FRANCISCUS
TIERM.

S. FULGENS.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

lum percipit, quo vis amoris per lacrymas emanat. *Libr. 5 Moral., cap. 7, super illud Job. 3: Antequam comedam suspiro.*

76. Quo uberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudum conscientia lacrymis baptizata renovatur. *Ibid., lib. 27, cap. 42.*

77. Quasi sus in lutosa aqua somnium voluit, qui dum fletibus suis vite munditiam subtrahit, ante Dei oculos sordidas etiam ipsas lacrymas facit. *Parte 3, Pastoral., cap. 4, admon. 31-78. Lacryma fidelis quadam custos eorum est, qui veram querunt virtutem. De vita Moysis.*

79. O beata rerum commutatio flevit, ut semper rideret. *Ep. 27, ad Eustoch.*

80. Lacryma brevis est et clara, cito arecit, valida est, amara et falsa. *Lib. 4, de Propriet. rer., cap. 10.*

81. Melius est aquas lacrymarum pro peccatis effundere, quam vinum letificum de bonis factis potare. *Super Ecclesiasten, cap. 7.*

82. Lacryme quanto amariore sunt penitenti, tanto dulciores sunt indulgenti. *Super Psalm. vi, vers. 6.*

83. Sicut de magno gaudio fletus sepe procedit: ita de magno fletu, sepe nascitur gaudium. *Ser. 1, Dom. 3 Advent.*

84. Charitatis fletus, quolibet risu, quolibet solatio sunt amoniores. *Homil. 32, super I Cor.*

85. Non sic quemquam risus delectat sicut pro charis lacryme effuse. *Ibid.*

86. Lacrymas amantum siste, velut intolerabile quiddam, dolebit. *Ibid.*

87. Nihil iucundius oculis illacrymantibus: peccata expurgant lacryme, faciem formosam ac venustam exhibent. *Homil. 42, super Epistol. ad Coloss.*

88. Magnus est lapsus tuus, major sit lacrymarum tuarum torrens: unde peccatum processit, oriatur fons medicinie. *Homil. 22, ab popul. Antioch.*

89. Magnus profectus est lacrymarum, ut plorando servus propitiet Dominum, filius lacrymis mitiget Patrem, et parvulus asperam matrem plorans muleat. *In sermone de Penit.*

90. Lacryme sunt, que radunt rudera, et sanant vulnera. *Ibid.*

91. Lacryme sunt, que penitentiam armant, indulgentiam provocant, celum pulsant, crimina delent, et conscientiam degravant. *Ibid.*

92. Rogum peccatorum jam extinguimus, non aquis multis, sed parvis cum lacrymis. *Homil. 5, de Penit.*

93. Lacryme de corde prodeuntes tanta sunt efficacite, quod Deo imperant, ut omnia dimittat,

JOAN. GERS.

et tamen peccare non desinit; hic lamentum habet, sed mundationem non habet. Et habet. apud Bedam, in suis *Scint.*

96. Esto tantum promus ad lamenta, quantum fuisti promus ad culpam. *Ibid.*

97. Si desunt exteriores lacryme, non desint interiores: sine illis potes placere Deo, sine his non potes. *In Can. vite spirit., cap. 4.*

98. Si desunt tibi lacryma oculorum, ploret cor: et pro lacrymis quas non habes, offer Deo Patri lacrymas Christi. *In Speculo spirit., cap. 10.*

99. Lacryme verecundie consulunt, pariter et salutem; nec erubescunt in petendo, forte impetant in rogando. *Homil. 3, de pensit. Petri.*

100. Utiliores lacrymarum preces sunt, quam sermonum: quia sermo in proeando forte fallit, lacryma omnino non fallit: sermo interdum non totum profert negotium, lacryma semper totum prodit affectum. *Ibid.*

101. Videte quantum fletus profuerit Petro. Antequam fletet, lapsus est: postquam flevit: electus est. Et qui ante lacrymas prevaricator extitit, post lacrymas pastor assumptus est; et alios regendos accepit, qui prius seipsum non rexit. *Ibid.*

102. Nunquam pauperem despicias lacrymantem, ne contra despiciatur orationis tue lacryma. *Parvens. 158.*

103. Balneum bonum est anima, orationis lacryma. *Ibid., Parvens. 195.*

104. Lacryma remollit aspera, rigida recurvat, humectat arida, sterilia fecundat, sordida lavat, decorat fœda, suscitât emortua, reserât clausa, prohibita accelerat, immoderata temperat. *De panibus, cap. 42.*

105. Lacryma portas refringit inferi, carbonem extinguit ferree fornacis, vincit invincibilem, ligat omnipotentem, naufragium est vitiorum portusque naufragatorum. *Ibid.*

106. Satan tolerabilis sustinet flammam suam, quam peccatoris lacrymam; acrisque contritii cordis lacryma, quam flamma infernalis incendii torquetur. *Ibid.*

107. Sterilis est omnis effusio lacrymarum, que non effunditur propter regnum colorum. *Ibid.*

108. Lacrymarum mador animam ab omni labe

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS HISPALENS.

LEODIVTUS BLOISIC.

S. MAXIMUS EP. TACHIN.

S. NILUS.

PETR. CELL.

S. PETRUS DAMIANUS

purificat, et ad preferenda virtutum germina cogis arva fecundat. *Opuscul. 13, cap. 12.*

109. Lacryme quæ a Deo sunt, divine exauditionis tribunal fiducialiter adeunt, et impetrantes præsto quod petunt, de peccatorum certa remissione confident. *Ibid.*

110. Lacryme sunt in fœderanda inter Deum et homines pace sequestres. *Ibid.*

111. Lacrymantes oculi diabolum terrent, et sic Lacrymarum eruptum expavent impetum, ac si procellosi nimbi grandinem, vel furentium undique ventorum effugiat tempestatem. *Ibid.*

112. Absque compassione et lacrymis esse, bestiarum est: nullum autem lacrymari, plorare, et contristari, mulierum. *Super Joan., cap. 14, in illud: Vidit eam plorantem.*

SENTENTIE PAGANDUM.

113. Lacryme, quas merendo emitimus, calidæ sunt; quas oculis laborando, frigidæ: quia frigidum incoctum crudumque est, calidum coactum. *Sect. 31, Prohem., quest. 24.*

114. Cum lacryma cruda eorum fit, qui valedudine oculorum laborant, non immerito frigida est. *Ibid.*

115. Nihil lacryma citius arecit. *Lib. 2, de Arte Rhetor. ad Herenn.*

116. Quid etiam est fletu muliebri viro turpius? *Lib. 2, Tusc. quest.*

117. Plerumque omnis dolor per lacrymas effluit. *Lib. 5, Controvers., controvers. 30.*

118. Lacryma est indicium inoplate rei. *Lib. 2, declamat., controvers. 67.*

119. Lacryme pignora sunt nolentium, et repugnantis animi vultus index. *Prosec.*

120. Nemo unquam quod cupit, delectat: lacryme coacti doloris intra precordia, et intolerabilis silentii eruptio. *Ibid.*

121. Plerique lacrymas fundunt, ut ostendant: et toties siccos oculos habent, quoties spectator deest: turpe iudicantes non flere, cum omnes faciant. *De Tranquillit. animi, cap. 45.*

122. Pro amici lacrymandum est, non plorandum: per lacrymas argumenta desiderii quarimus, et dolorem non sequimur, sed ostendimus nec ergosicti sint oculi, nec fluent. *Epistol. 63.*

Vide etiam lit. *Compunctio, sent. 10, 14, 15, 30, 34, 46, 50, 63, 80; Domare, sent. 21; Exaudire, sent. 112; Peccatorum remissio, sent. 34; Percgrinatio, sent. 29; Penitentia, sent. 130, 298; Resurreccio a peccato, sent. 47; Servire Deo, sent. 146; Viduitas, sent. 63.*

LESIO.

123. Divisio. Lesio triplex est: propria conscientie,

alterius conscientie, famæ. *Super Psalm. LXXXIIII.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Nemo certe debet ledere, qui sibi consultit. *S. AMEROS. Lib. 5, epistol. 29, ad Theodosium Imperat.*

2. Non hæc sola est forma iustitie, ut non lædas eum, qui te non læserit; sed etiam illa ut etiam ei remittas, qui te læserit. *Lib. 10, epistol. 82, ad Vercellens. Ecclesiam.*

3. Si te non læsit frater, obsequium meretur, ut diligas: quod si forsitan læsit, magis obsequium meretur, ut vincas. *Serm. 10.*

4. Lædit homo alterum quatuor modis: per homicidium, per adulterium, per furtum, per falsum testimonium. *Part. 1, tit. 14, cap. 4, § 9.*

5. Quanto persona offensa est dignior, tanto gravior est offensio. *Part. 4, tit. 14, cap. 5, § 4.*

6. Quicumque in proximum peccaverit in semel ipsum delinquit: et qui malefecerit proximo, semetipsum efficit malum. *Epistol. 2, ad Fratres.*

7. Qui alterum ledere conatur extrinsecus, se vastat intrinsecus: lædit enim animam suam, qui odit alterum. *De Verbis Dom., serm. 9.*

8. Quia aliquis te læsit, vis et tu ledere: qui te læsit sua iracondia, tu illum vince tua patientia: qui te læsit sua avaritia, vince illum tua misericordia. *Serm. 78, ad Prætr. in eremo.*

9. Homo es, homo est: ledere voluit, ledere vis; ecce duo mali estis. *Ibid.*

10. Difficile factu est, et multa diligentia opus habet, neque in parva, neque in majori re proximum ledere. *Super Psalm. xiv, conc. 3, vers. 4.*

11. Cum quis alterum læserit, moveatur miseratione, moveatur et indignatio tua: alterum læso, alteram ledenti debes. *Lib. 3, de Consid. ad Eugen. pap.*

12. Magnæ virtutis est, si non lædas a quo læsus es: magnæ fortitudinis est, si etiam læsus dimittas. *Serm. 40, ad Sororem.*

13. Si is, qui læsus est, frustra orat, nisi indulserit: quomodo putas orat is, qui læsus non est, si ipse per injustitiam alios lædit, et gravat? *Super Luc., cap. 11, in illud: Sicut dimittimus, etc.*

14. Creaturæ, que lædunt homines, ledere ceperunt propter peccatum. *Serm. 4, Dom. 11, post Pent.*

15. Nullus malus lædit alium in persona, nisi prius lædatur in conscientia. *Serm. 4, Dom. 21, post Pent.*

16. Qui nocetur ut injuriatur, et voluntarie pareat proximo, hic secundum naturam Christi est: qui autem nec lædit, nec læditur, secundum

S. AMEROS.

S. ANTONIN.

S. ANTONINUS ABRAS.

S. AUGUST.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. BONAV.

HUGOCARD.

- naturam Adæ est : qui lædit aut injuriatur, hic secundum naturam diaboli est. Lib. 1, *Pharetræ*, cap. 49.
- CLEMENS PAPA. 17. Magna impietas est in Deum, lædere hominem : omne ergo quod ipse pati non vis, cum facis alii, imaginem Dei iniquis injuriis fœdas. Lib. 5, *Recognit.*
- S. DOROTH. 18. Melius est omnia corporea perire cum corpore, quam in re quavis minima lædi animam. *Doctr.* 24.
- S. EUSEBIUS EMISSENUS. 19. Nemo miser putetur, qui in fide, vel in animi virtute non læditur. Homil. in *Litanis*.
- GLOSS. ORD. 20. Vere utilis est, innoxium poena gravissima vilam finire; quam lædendo fratrem mortem mereri perpetuam. Super *Lucam*, cap. 47.
21. Tanta est offensa, quantum ille qui offenditur. Super *Psal.* cxxx.
- S. GREGOR. MAGNUS. 22. Læsus in præsentis se ulcisci non desiderat, quando aliquem in oculo gravius lædere voluit ut humilitatem sibi, et amicitias fiant. Homil. 2, super *Matth. Oper. imperf.*
- S. GREGOR. THAUM. 23. Is qui injuste læsus est, Deum auxiliatorem ac vindicem habet. Super *Eccles.*, cap. 4.
- S. HIERON. 24. Sepe lædunt alii, quos lædere læsus non audeat. Epist. 16, ad *Theophil.*
25. Nihil tam contrarium, nihil tam execrabile Deo, quam aliquem lædere velle. Epist. 15, ad *Mauritii filium*.
26. Ehamsi non lædamus, et tamen non edificamus; mali verbi nobis luenda est poena. Lib. 2, super *Ephes.*, cap. 4.
27. Omnis læsio tribulatio est. Super *II ad Cor.* cap. vi, in illud : *In tribulationibus*.
- HEGO CARD. 28. Justus læsus non desiderat se ulcisci, sed vindictam Deo reservat. Super *Prov.*, cap. 29.
29. Magnum tormentum est diabolo a læsione hominis cessare : quia tanto gravius dimittit, quanto diutius possedit. Super *Marcum*, cap. 4.
- JOAN. CASE. 30. Si rationem diligenter discontas, lædi ab homine, quamvis malignante, non poteris, si ipse impacifico adversum te corde non dimices. *Prose.*
31. Si autem læderis, non est vitium impugnationis alienæ, sed impatientie tua.
32. Sicut gravis ac solidus cibus, sano utilis est : ita periculosus ægrotanti : non autem lædere sumentem potest, nisi ei ad lædendum vires adjeceit percipientis infirmitas. Collat. 18, *Abb. Piamonis*, cap. 16.
- S. JOANNES CHRYSOST. 33. Ille vere male affigitur, qui proximo suo negotium facit. Homil. 19, super *Genes*.
34. Prudens atque vigil non offenditur, etiam in media civitate vivens. *Ibid.*, homil. 43.
35. Tu tecum expende, ubi coeperis eum qui te læsit, multo esse, majus ac lucrosius parere, quam perdere. Homil. 2, de *David et Saule*.
36. Nihil ita lædentes coercet, ut patientia modestiæque læsorum.
37. Ultonis enim exactio lædentes læsosque confundit, ac deteriores facit. Homil. 18, super *Matth. oper. perf.*
38. Non ubique victoria quærenda est : qui enim lædit, superare læsum videtur, sed perniciosa sibi victoria superat. *Prose.*
39. Læsus si magno animo perferat, quanquam victus videatur, coronam tamen splendidam victorie adeptus est. *Ibid.*, homil. 85.
40. Qui prava multorum opinione (cum homo ipse sit) lædi videtur, nunquam profecto inde fiet, ut talis non sit, qualis est. *Ibid.*, homil. 88.
41. Talis est consuetudo omnium malignorum, quando aliquem in oculo gravius lædere voluit ut humilitatem sibi, et amicitias fiant. Homil. 2, super *Matth. Oper. imperf.*
42. Si tantummodo non lædas eum, qui te læsit, avertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas, manet sine dubio vulnus in pectore, et dolor augebit in corde. Lib. 4, de *compunct. cordis*.
43. Si quis læditur, a semetipso læditur, nec ab ullo alio : etiamsi innumeri sint qui nocent, ceteri omnes qui terram et mare habitant, conveniant ad nocendum, nocere nequaquam poterunt ei, qui a semetipso non læditur. Homil. *Quod nemo læditur*.
44. Læsit te quispiam? tu illum beneficiis refove, et magnum quid fecisti. Homil. 3, super *I Tim.*
45. Si aliquem læderis, etiam ipse læderis : si autem læsus fueris, tunc nequaquam læderis. Homil. 26, super *Epist. ad Hebr.*
46. Christianum fidelem in anima nemo lædere potest, nec ipse diabolus. Homil. 21, ad *Populum Antiochen.*
47. Illi soli læduntur, qui lædunt : et nulli alii nocet noxa quam cæteris inferunt, nisi ipsis qui inferunt. Homil. *Quod nemo læditur*, etc.
48. Raro læditur homo ab extraneis, si sui eum non lædat. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 26, sent. 3.
49. Magna est virtus, si non lædas a quo læsus fueris : magna est fortitudo, si etiam læsus remittas ; magna est gloria, si quem possis lædere, parcas. Lib. 2, de *Synon.*
50. Malum inferre miseris est, quam malo affici. Lib. 2, epist. 257, ad *Eustonium Diacon.*
51. In homine (quia fragilis est) læsio inventur : irritat enim læsio dolorem, et dolor facit ultionis cupiditatem. de *Ira Dei*, cap. 17.
52. Non indignis hominibus, qui te lædunt, sed eos divine dispensationis satellites esse agnosce, eos dilige, et Deo gratias age. In *Canon. vita spirital.*, cap. 9.
- S. PETRUS CHRYSOL. 53. Semper offendunt bona malos, pia impios, sancta profanos. Serm. 32.
- S. PETRUS DAMIANUS. 54. Læsi non lædamus, et beneficiamus lædentibus : magnum quidem ultra hominem est, asperitatem verborum et verberum, non solum pati, sed et non reddere : illud vero majus est et divinum quiddam sapit, lædentibus benefacere. Serm. 47, de *Exaltatione S. Crucis*.
55. Mitis læsus veniam petit, et benefacit lædentibus. Serm. 55, in *Festo omn. Sanct.*
- RICHARD. A S. VICTORE. 56. Stultus est, qui lædit et ignorat quod facit : quia se lædit, et eidem qui lædit obsequium præbet. Part. 2, super *Cant.*, cap. 19.
- SALVIANUS. 57. Læditur scelere personali causa cunctorum. Lib. 6, de *Gubernatione Dei*.
58. Nihil leve æstimetur, quo Deus læditur. *Ibid.*
59. Non penitus Dominum suum lædit, cui propitiatur reservatur. *Ibid.*, lib. 7.
60. Cum servus Dei a quoquam læditur, majestas divina violatur. *Prose.*
61. Ne quis ergo cum lædit Dei servum, hominem tantum a se lædi arbitretur; cum absque dubio injuriis servorum Dei, Dei admisceatur injuria. *Ibid.*, lib. 8.
62. Odium quod corpus lædit, non lædit animam : quia læso corpore, anima extra damnatum est, et passionibus carnis, beatitudo spirituum non interpolatur. *Ibid.*, lib. 2, ad *Eccles. Catholic.*
63. Cum quis te lædit, ut doleas sciat, quia fructus læsus in dolore læsi est. Ergo cum fructum ejus everteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui. *Prose.*
64. Tunc non modo illæsus ibis, sed insuper adversarii tui et frustratione oblectatus, et dolore defensus. De *patent.*, cap. 8.
- S. VALER. EPISCOPI. 65. Nunquam profecto sine suspitione vitam duces, cui est semper necesse cogitare et timere quem læserit. Homil. 12.
66. Non minimam coronam constat reportare victorie, qui læsus nescit irasci. *Ibid.*, homil. 17, de *Bono Martyr.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
- ÆRISTOTEL. 67. Major injuria est offensa, quæ majus in bonum accepta est. Sect. 29, *Problem.*, quæst. 1.
- S. ISIDORUS PELUSIOTA. LACT. FRIG. 68. Cum extra rationem sit læsio, infortunium est : cum non extra rationem, sine tamen vitio, peccatum : cum autem sciens quidem, sed non

- deliberatione præmissa quispiam lædit, injuria est. Lib. 5, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 8.
69. Cum quispiam contra legem lædit non læcessitus, tum is injuriam sponte facit. *Ibid.*, cap. 11.
70. Cede locum læsus fortune : eode potenti : lædere qui potuit, prodesse aliquando valebit. Lib. 4, *Distich.*
- CATO POST. 71. Sepe contingit, ut homines eos lædant, quos non debent, aut eos quos non expedit : si scientes, temeritatis est : si imprudentes, negligentia. Lib. 2, de *Offic.*
72. In fragili corpore, odiosa omnis offensus est. De *Senect.*
- CICERO. 73. Te alius non lædet, nisi ipse velis : tum autem læsus eris, cum te lædit existimaris. In suo *Enchirid.*, cap. 37.
74. Me Anitus et Melitus occidere sane possunt, lædere vero non possunt. *Ibid.*, cap. 79, fore per totum.
- MIMUS PUD. 75. Heu ! quam miserum est lædi ab illo, de quo non possis queri ! In suis *Sent.*, sent. 163.
76. Nihil est crudelius, quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satisfaceris. Lib. 2, *Controvers.* 12.
77. Læsus es ? non est injuria, pati quod prior feceris. Lib. 2, de *Ira*, cap. 30.
78. Aut potentior, aut imbecillior te læsit, si imbecillior, parce illi : si potentior, tibi. *Ibid.*, lib. 3, cap. 5.
79. Diutius irascimur, quam lædimur. *Ibid.*, cap. 27.
80. Nihil quidquam esse potest gloriosius, principem impune læso. Lib. 1, de *Clement. ad Neron.*, cap. 20.
81. Invulnerabile est, non quod non feritur, sed quod non læditur. De *constant. sapient.*, cap. 3.
82. Validius debet esse quod lædit, eo quod læditur. *Ibid.*, cap. 7.
83. Lædere et lædi conjunctum est. Epist. 95.
84. Miserius est nocere, quam lædi. *Ibid.*
85. Magnanrum virium est, negligere lædentem. De *Morbis*.
86. Non est verum quod Deum colat, qui hominem lædit. Serm. 356.
- SIXT. PUBL. 87. Neminem lædens, nullum timebit. *Ibid.*, serm. 373.
- Vide etiam tit. *Adjutorium*, sent. 2, *Derisio*, sent. 9 ; *Dilectio inimici*, sent. 52 ; *Hypocrisis*, sentent. 88 ; *Injuria*, per totum ; *Invidia*, sentent. 42 ; *Noxamentum*, per totum ; *Placare Deum*, sentent. 38, 39 ; *Vindicta* in genere, sentent. 22.
- LÆTITIA. Vide Gaudium.

LAICUS.

- HERO A S. VICTORE.** *Etymologia.* Laicus interpretatur populari: græce enim *laos*, latine dicitur populus. Lib. 2 de *Sacram.*, part. 2, cap. 3.
- S. HIERON.** *Definitio.* Laicus est, qui nullo gradu ecclesiastico fungitur. Super *I ad Cor.*, cap. 14, in illud: *Qui supplet locum Idiote?*

SENTENTIA PATRUM.

- S. ANTONIN.** 1. Laici superbiunt quadrupliciter: primo, de divitiis; secundo, de nobilitate generis; tertio de operibus ex genere bonis; quarto, erubescendo de operibus bonis eis inconsuetis. Part. 2, tit. 3, cap. 4.
2. Ignorant laici in seculo, quid sit tentatio: quia ita occupati sunt vitis, et pressi occupationibus mundi, quod non expectant tentationes, sed eas præveniunt, et demones provocant ad tentandum eos. Part. 3, tit. 16, cap. 10, § 3.
- S. CESAR. ARELAT.** 3. Laudabiles sunt laici, qui se in medio pelago (Deo auxiliante) custodiunt; quam religiosi, qui in portu nimia negligentia vel securitate merguntur. Homil. 35.
- S. CLEMENS PAPA.** 4. Unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his, que ad communis vite usum pertinent, operam fideliter dederint. Epist. 1.
5. Nihil injustius vel inhonestius est, quam laicos doctoribus inobedientes vel protervos existere. Epist. 3, de *Officio sacerdotis*.
- S. GREGOR. MAGNUS.** 6. Plerumque quod in laicis culpa non est, hoc crimen est in sacro ordine constitutis. Lib. 8, in *Registro*, ind. 3, cap. 5, *Epist. ad Sabinum subdiaconum*.
7. Pudet profecto, pudet aliis laicos imperare, quod ipsi nesciunt custodire. *Ibid.*, lib. 7, ind. 2, cap. 113, epist. 113, ad *Bruciacianum*.
8. Nullus ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire. *Ibid.*, cap. 110, ad *Syagrium episc.*
9. Imitatione vitiorum sacerdotis, laicus corrumpitur. Lib. 5, super *Ezech.*, cap. 16, super illud: *Ergo et tu porta confusionem*.
10. Vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quam Clericos. Super *Epist. ad Titum*, cap. 2.
11. Laici christiani, qui terrena, et terrena vite necessaria tractant, pars corporis Christi sinistra sunt. Lib. 2, de *Sacrament.*, part. 2, cap. 3.
- HUGO CARD.** 12. Laici sepiissime sunt justiores clericis. Super *Hieroniam*, cap. 3.
13. Peccatum in laico, dolus vel proditio in clerico est. Super *Ezechiel*, cap. 5.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

14. Vere magna confusio est Sacerdotum et omnium clericorum, quando laici inveniuntur fideliores eis aut justiores. Homil. 40, super *Matth. Oper. imperf.*
15. Quomodo non sit confusio, sacerdotes et clericos esse inferiores laicos, quos etiam æquales esse confusio est. *Ibid.*
16. Melior est laicus, qui in facie secularem vitam proficitur, revera autem complectitur spirituales: quam sacerdos qui in facie proficitur vitam spirituales, revera autem amplectitur vitam carnalem. *Ibid.*
17. Melior est laicus ante Deum penitentiam agens, quam clericus permanens in peccatis. *Ibid.*
18. Laicus fidelis in die iudicii stolam sacerdotalem accipiet, et a Deo chrismate ungetur in sacerdotium: sacerdos autem peccator spolietur sacerdotii dignitate, et inter hypocritas erit. *Ibid.*
19. Laici delinquentes facile emendantur: clerici autem si mali fuerint, inemendabiles sunt. *Ibid.*, homil. 43.

LAPSUS. Vide Cadere.

LAQUEUS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Laqueus adversarii est sermooster: si emisero verbum indecorum, laqueum suum stringit. *Prosec.*
2. Interdum mihi quasi escam proponit vindictæ possibilitatem, ut dum vindicare cupio, ipse me inseram laqueo, et modum mortis adstringam mihi. Lib. 1 *Offic.*, cap. 4.
3. Laqueus est in labiis nostris, et sepe minusque sermonibus suis non explicatur, sed involvitur. Lib. 7, epist. 44, ad *Constantianum*.
4. Non capit laqueus, nisi ante escam te ceperit: dum prædam petis, laqueo ipse te necis. *Prosec.*
5. Escam laquei avaritia, escam laquei luxuries est quibus nos vult diabolus inescare, non pascerere. Super *Psal.* cxviii, serm. 14, vers. 6.
6. Multi laquei sunt quacumque progredimur, Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in philosophis, laquei in cupiditatibus, laquei in moretrice, laquei in pecunia, laquei in religione, laquei in castitate. Lib. 4, super *Luc.*, cap. 4, in illud: *Ductus est Jesus*, etc.
7. Beatus Antonius videns in oratione mundum laquei plenum, connectentibus se invicem, exclamavit: o quis istos evadet laqueos periculorum? et responsum fuit, sola humilitas. Part. 1, tit. 5, cap. 4, § 1.

S. ANTONINUS.

LAQUEUS.

8. Quomodo credendum est, ut non incidat in laqueum diaboli, qui studiosè sibi laqueum parat? Part. 2, tit. 5, cap. 1, § 7.
- S. AUGUST.** 9. Plus hostis vincitur in eo quem plus tenet, et de quo plures tenet: plus autem superbus tenet nomine nobilitatis, et de his plures nomine auctoritatis. Lib. 8, *Confess.*, cap. 4.
10. In via Christi sunt hinc laquei, et hinc laquei, laquei a dextris, laquei a sinistris. Laquei a dextris, prosperitas sæculi; laquei a sinistris, adversitas sæculi; laquei a dextris, promissiones; laquei a sinistris, terrores. Super *Psal.* cxxli, vers. 4, *Absciderunt laqueum mihi*.
11. Multos habet diabolus laqueos; homicidium diaboli laqueus est, avaritia diaboli laqueus est, detractio diaboli laqueus est. Serm. 45, ad *Fratr. in eremo*.
- S. BERNARD.** 12. Laqueus diaboli, divitiis huius sæculi: heu quam paucos invenimus, qui ab hoc liberati exultant! Serm. 3, super: *Qui habitat*.
- S. DONOV.** 13. Solus humilis evasor est laqueorum hostis antiqui. Serm. 1, *Hexamer.*
14. Qui cavet laqueos, securus erit: qui autem non cavet, est aut stultissimus, aut perversus. In *Speculo discipuli*, part. 4, cap. 30.
- S. CYRILLUS HIEROS.** 15. Nullo tot diabolus animas recti capit quot laqueo pessimo mulierum. Epist. ad *Augustinum de Miraculis D. Hieronymi*.
16. Qui incautus pergit, levissime capitur. *Ibid.*
- S. FULGEN.** 17. Si diligenter attendis, ubique inimici laqueos, tanquam mellis dulcedine circumlitos, voluptatis illecebris extensos deprehendas; ut si quis illius gustu dulcedinem velit, laqueo capiatur. De *recta vivendi ratione*.
18. Cum ea, que sensu sua sunt, in vita conspicias, vide ne capiaris: nam in illis laqueus et escam mortis latitat; neque enim nudum piscator hamum in aquam mittit. *Ibid.*, cap. 20.
19. Que primum capta laqueo fuerit anima, ad alias decipiendas fit quasi laqueus, ut voluntati inimici obsequantur, inescatque animas possimum illas, que nondum draconis acerbissimam sunt expertas. *Prosec.*
20. Sic anima sicut perdis comprehensa pro escam illis proponitur, que nondum laqueo capta sunt: circa illa enim anceps laqueus figit ut voce sua perdis reliquas circum voltantes ad eosdem pelliceat. *Ibid.*, cap. 22.
- FRANCISCUS XXXIV**, vers. 9.
21. Ipsimet plerumque qui aliis insidias posuerant, incident in laqueum ipsum eundem, quem aliis paraverant. In *Elucid.* super *Psal.* cxxxiv, vers. 9.
22. Laqueum in terra facile evadit, qui oculis habet in cæcis. Super *Prov.*, cap. 4.
23. Frustra laqueus persecutionis aut mortis tenditur clericis, qui pennas habent spei et charitatis. *Ibid.*, cap. 1.
24. Penales laqueos mortis incurrentes carnere, et eisdem laqueis irretiri nequaquam metuerent, incrementum mali est. Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 1.
25. In hac vita omnia sunt plena laqueis. Super *Septem Psalm. Penit.*, in *Psal.* vi, in prologo.
26. Est profecto gravissimum laqueo diabolice fraudis irretiri permittere, quos prius possumus, ne aligerent, eripere. Lib. 3, in *Registro*, indic. 12, cap. 35, epist. 35.
27. Quanti mali incrementum est, penales laqueos mortis incurrentes carnere, et eisdem laqueis irretiri nequaquam timere? Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 1.
28. Super oculos laqueos, fac perpetuo sublimior incedas. Habet apud D. Joan. Damasc. lib. 2 *Parall.*, cap. 100.
29. Memento, quia in medio laqueorum ambulat. Epist. 22, ad *Eustoch.*
30. Omnia plena sunt periculis, omnia plena laqueis: incitant cupiditates, insidiantur illecebre, blandiuntur iura, damna detrahunt. In *Regula monachorum*, cap. 19, de *Laudè et detract.*
31. Semper diabolus bono operi imminet, et ubique gradientibus ponit laqueos. Lib. 4, super *Hierem.*, in proemio.
32. Iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat, non nocet. Lib. 3, super *Prov.*, cap. 29, super illud: *Involvet laqueus*.
33. Plena est vita mortalium laqueis offensivum, rebus plena deceptionum. Super *Cont.*
34. Multos habet diabolus laqueos, et diversos habet laqueos: avaritia diaboli laqueus est, ira, detractio, et cætera vitia laquei sunt. Super *Psal.* xc, vers. 3, *Quoniam ipse liberabit me*, etc.
35. Laqueus est pecunia, ambitio, lascivia: hæc præferuntur, hæc blandiuntur, hæc fallunt. Super *Psal.* cxxviii.
36. Octo laquei sunt: laqueus cupiditatis, laqueus pravæ consuetudinis, laqueus pravæ exempli, laqueus perplexitatis, laqueus tentationis, laqueus inepti timoris, laqueus pravæ amoris, laqueus peccati. Super *Psal.* cxxxv.
37. Totum quidquid videmus in mundo, est laqueus, vel fovea animalium. Super *Psal.* lvi.
38. Laqueos comedis et bibis, et in laqueis quiescis et dormis: hos laqueos cavet, qui omnia propter Christum cum Apostolo reputat ut stercorea. Super *Prov.*, cap. 11.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. CROTON. MAGNUS.

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

S. HILARIUS

HUGO CARD.

cognovit laude dignum. Super *Ecclesiastic.*, cap. xxvii.

GRATIANS.

52. Sicut quis aliorum vitia palpare non debet ita nec malorum laudibus delectari. In *Decret.*, part. 1, dist. 83, can. *Consentire*, § *Sicut*.

S. GREGOR.
MAGNUS.

53. Sepe bono operi dum laus humana obviat, mentem operantis immutat, quæ quamvis quasi-ta non fuerat, tamen oblata delectat. Lib. 1 *Moral.*, cap. 19, num. 38, super illud *Thren.* 1: *Facti sunt hostes ejus in capite*.

54. Bona adhuc tenera plerumque humanalingua, dum quasi fortia laudat, extinguit. Lib. 30 *Moral.*, cap. 9.

55. Cum nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliat. *Ibid.*, lib. 22, cap. 5.

56. Valde perfectior est, sic ostenso opere, auctorior gloriam querere, ut de illata laude privata, nesciant exultatione gaudere. *Ibid.*, lib. 8, cap. 30.

57. Quasi latrunculus est appetitus laudis humane, qui recto itinere gradientibus ex latere jungitur, ut ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. *Ibid.*, lib. 9, cap. 13, num. 18.

58. Cum humane lingua attestatione laudamur, occulta pulsatione requirimus, quid de nobis ipsis sentiamus, ut in hoc humiles permaneamus. *Ibid.*, lib. 22, cap. 5.

59. Superba mens, etiam cum de se falsa bona dicuntur, exultat: quia non apud Deum qualiter vivat, sed apud homines qualiter innotescat, excogitat. *Ibid.*

60. Magna vercorda est, laboriosa agere, et aure laudis inhiare. *Ibid.*, lib. 8, cap. 25.

61. Laus cum vita præterit, et humanus favor in iudicio non subsistit. *Ibid.*, cap. 27.

62. O miseri, qui affectantes laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laborum: cumque se ostendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. *Ibid.*, cap. 30, num. 37.

63. Laus sua justos cruciat, iniquos exultat: sed justos dum cruciat, purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monstrat. *Ibid.*, lib. 26, cap. 23, num. 80.

64. Ipsa Sanctorum vita laudanda est, et laus ista ab eis quorum est, per vanam gloriam nullatenus capienda. *Prosee.*

65. Laus videri debet, excipi non debet: ut glorificari Deum quisque in suo opere gaudeat, sed de Dei gratia extollit contemnat. Lib. 5, in 1 *Reg.*, cap. 4, super illud: *Et apparuit fluens mel*, etc.

66. Nescit laudem (cum suppetit) fugere, qui ad hanc didicit, cum deesset, anhelare. Part. 1 *Pastoral.*, cap. 9.

67. Inter verba laudantium ad mentem semper recurrendum est, si in ea non invenitur bonum quod de nobis dicitur, magna tristitia generari debet. Lib. 8, in *Registro*, indict. 3, cap. 45, epist. 45, ad *Palladium*.

68. Quid si homines laudant, et conscientia accuset? *Ibid.*

69. Qui vanas laudes gratanter excipit, postea æternas creatoris laudes amittit. *Prosee.*

70. Nemo de bono opere inaniter unquam gloriatur; fortia bene vivendo agat, sed quando vixerit, appetere de fortitudine laudes caveat, ut laudari post mortem æternaliter non amittat.

71. Qui laudari modo de magna actione cœspicit, cum ad vite finem ducitur, æternis dignis laudibus invenitur. Lib. 5, in 1 *Reg.*, cap. 4.

72. Aliud est laudis præconia moribus adæquare contendere, aliud laudes appetere, ut in eisdem laudibus profectus vite possit inveniri. *Prosee.*

73. Laudes suas moribus adæquare conantur, qui ipsas laudes despiciunt, qui laudari ab hominibus nunquam volunt.

74. Quantum certo in eis est, laudari vehementer refugiunt; sed quia non possunt omnino effugere ne laudentur, conantur esse quod audiunt.

75. Sed quidem bonis ostensis operibus ideireo laudari volunt, ut laudali majus consendant in opus virtutis. *Ibid.*

76. Qui in minimis laudes appetit, cum majora opera fecerit, ardentius et valde avidius laudes queret. *Ibid.*

77. Philosophicum est, laudare philosophum. Orat. 21, ad *Heronem*, philosoph.

78. Hunc laudibus efferre convenit, non qui initium, sed qui dicendi finem facit. *Prosee.*

79. Morum enim moderatio laudibus complectenda est, non elatio et arrogantia. Super *Eccles.*, cap. 7.

80. Cave ne hominum rumusculos ancuperis, ne offensam Dei, populorum laude commutes. Epist. 2, ad *Nepotianum*.

81. Christi miles nec laude extollitur, ne vituperatione frangitur. *Ibid.*

82. Laudans si cuncta virtutibus congrua dixerit, adulari putatur: si quedam subtraxerit, damnum laudibus facit. Epist. 8, ad *Demetriadem*.

83. Est sane grande et subtile artificium, laudare alterum in commendationem sui; et decipiendi animum sibi obligare decepti: quodque hoc maxime vitio agi solet, fictas laudes certo pretio vendere. Epist. 11, ad *Celantium*.

84. Quæ est hæc tanta levitas animi, quæ tanta vanitas, rapi vento falsæ laudationis: tu vero si

vere laudabilis esse cupis, laudem hominum ne requiras. *Ibid.*

85. Laudem amaritudo comitatur. Epist. 19, ad *Eustocum*.

86. Mirum in modum laus dum vitatur, appetitur. Epist. 22, ad *Eustocum*.

87. Ingenua et verecunda confessio est, quo ipse careas id in aliis predicare. Epist. 2, ad *Pammachium*.

88. Qui Dei voluntate contempta, id solum petunt quod laudem facilius invenit, quod cito exit in famam morum, bona que secretiora sunt negligunt. Epist. 1, ad *Demetriadem*.

89. Vitium satis hominum est, et suam laudem querentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant. *Ibid.*

90. Crevit hoc in nostra ætate vitium, ut spe recipiende laudis, eos a quibus laudari volumus, ante laudemus. *Ibid.*

91. Maximum fructum cœpisse non ducimus, si vel fictis laudibus predicamur, nec cogitamus quod ipsi simus, sed quid aliis esse videmur. *Ibid.*

92. Omnis falsa laudis prædicatio sectatur lucra et gloriam querit humanam, ut per gloriam nascantur compendia. In *Regula Monach.*, cap. 19, de *Laudibus* et de *Tract.*

93. Laudent se esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. *Ibid.*

94. Laus justos cruciat, iniquos exultat: sed justos dum cruciat, purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monstrat. *Ibid.*

95. Minore studio virtutes laudamus, quam vitia reprehendimus. Lib. 12, super *Ezech.*, proemio.

HUGO CARD.

96. Valde pûrus est, qui non commovetur ad laudes hominum. Super *Genes.*, cap. 38.

97. Laus hominis gladius et ignis est, quibus cor confoditur et uritur. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

98. Laudes hominum cito transeunt, nec reputant sicut ventus: imo non premunt, sed extollunt sicut ventus. Super *Ecclesiastic.*, cap. 5.

99. Nemo est laudandus, vel spernendus secundum speciem exteriorem: apus enim contemptibilis est exterior, et tamen utilis; et hæc brevis est corpore, non valore. *Ibid.*, cap. 11.

100. Stultum est laudare pugnantem, quasi jam victorem. *Ibid.*, cap. 11.

101. Multi laudant et commendant nomen potentie, qui appetunt dominationem: alii laudant nomen sapientie, qui appetunt scientiam, et vocari magistri: sed pauci laudant nomen sanctificationis, id est sine terra, et vocari pauperes. *Ibid.*, cap. 17.

102. Non est malum, a bonis benedici: sed a malis benedicti, maledicti est. Super *Luc.*, cap. vi.

103. Hominum benedictio, extollentia et ruine occasio est: est etiam exanimatio et eversionis iustorum, et laqueus quem pauci sciunt declinare; et qui declinat, sapiens comprobatur. *Ibid.*

104. Laus hominum non est claritas, sed obscuratio, sed fascinatio. Super *Joan.*, cap. 5.

105. Quanquam in iis, quæ Dei sunt, robustus sim, attamen plus mihi timendum est, nec animus illis intendendus, qui frustra me inflant: qui enim me laudant, flagellant me. Epist. 5, ad *Trallianos*.

106. Delectatio laudis tandiu sentitur quandiu auditur: mox autem ut aures transierit, transit et delectatio laudis. Homil. 15, super *Matth.* *Oper. imperf.*

107. Unumquodque bonum hominis secundum qualitatem personæ laudatur. *Prosee.*

108. Si rusticus aliquid verbum sapienter loquatur, et philosophus multo amplius sapienter: in modico sermone sapientie rusticus plus laudatur, quam in magno philosophus; quia rusticum dicere aliquid sapienter, magnum est: philosophum autem dicere, non mirum est.

109. Si puer aliquid astute loquatur, dicitur satis sapiens puer, et laudatur: si autem vir perfectus sapienter loquatur, non laudatur quasi sapiens: non quia puer plus sapuit, quam perfectus: sed quantum ad comparisonem ætatis suæ, sapientior videtur esse, quam ille perfectus. *Ibid.*, homil. 22.

110. Hæc est hypocritarum prima potentia, simulata laudatio. *Ibid.*, homil. 42.

111. Hypocritæ laudant quos perdere volunt, ut per delectationem laudis, paulatim corda hominum ad se inclinent. *Ibid.*

112. Est hoc maximum laudis genus, cum orationis copiam virtus exuperat, et magnitudo laudati. Homil. 1, de *Laudibus*, dicit *Paulus*.

113. Extreme omnino demerita est, nulla imminente necessitate rerum, et necessitate violenta propriis velle laudibus decorari; hoc enim omnem prorsus mercedem evacuat. Homil. 6, de *Laudibus*, dicit *Paulus*.

114. Amici dum laudant, hoc funum spectant ut meliorem reddant: et inimici dum laudant, student quomodo supplantare possint. *Ibid.*, homil. 9.

115. Si laudum factus es amator, fac ut laudem que ab hominibus est, fugias: tunc vere innumeris laudibus et apud Deum et apud homines fueris. Serm. 17, super *Epist. ad Rom.*

116. Vis laudari? alium lauda. Homil. 13, ad *Pop. Antioch.*

S. IOANNES
MART.S. IOANNES
CHRYSOST.

117. Collaudare delinquentes, longe plus est quam delinquere. Homil. 2, *ae David. et Saul.*
118. Quid est aliud hominum laus, quam ventorum transuentium sonus? Lib. 43. *super Math. Oper. imperf.*
- S. JOAN. CLIM. 119. Cum quis laudatur, etsi parum movetur corde, vel rapitur modice laudibus, hic non se fallat, seductus est. Gradu 25.
- S. JOANNES DAMASC. 120. Qui bonos laudibus afficiunt, coronarum ipsis reconditarum participes fiunt. Lib. 4 *Perull.*, cap. 84.
121. Eos laudibus afficiamus, qui animi inductione boni sunt, non qui necessitate quadam prohibiti a malo abstinant. *Ibid.*, lib. 3, cap. 26.
- JOAN. TULI. 122. Sanctum non facit alterius commendatio meriti: bene veraciterque Sanctos laudat, qui Sanctos imitatur: quod si laudas, et non imitaris, teipsum confundis. *Prosec.*
123. Quid proficit homo, si alium laudet, et seipsum laudabilem non reddit?
124. Quasi vitam laudans, mortem arripit: qui bonos commendans, imitari contemnit. Lib. 3, *de Vir. illustr. Ord. S. Bened.*, cap. 347.
125. Turpissima laus est, quae mendacio acquiritur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 20.
- S. LAURENT. JUSTIN. 126. Inaniter laborat, qui laudem captat humanam: quoniam de alieno, non de suo laudari concupiscit. *Serm. de Nat. B. M.*
- S. LEO I. 127. Difficile est, ut laudabiliter viventem, laus non capiat humana. *Serm. 4, Quadrag.*
- LUDOVICUS BLOSUS. 128. Utinam magis diligeres contumeliam pati, quam laudibus oveshi: id enim tibi utilius securusque est. In *Canon. vite spirit.*, cap. 8.
- S. NILC. 129. Laus multitudinis excitat animum, et alacrem reddit. *Orat. 5, de Inani gloria.*
130. Tu labores tuos ne vendas humanis laudibus, nec futuri fama proicias futuram gloriam. *Ibid.*
- PETR. BLES. 131. Nimis periculosum est, gloriam suam aliena lingua committere, et ad arbitrium palpantis aut blandientis laudem obtinere vel perdere. *Prosec.*
132. Sit laus tua in exitu tuo, ut te laudent in portis opera tua, quando erit unicuique laus a Deo. *Epist. 132, ad Quemadam Abbat.*
- PHILO JUD. 133. Laus cum a virtute proficiatur, velut a fonte perenni, non meretur vulgi suffragio, animorum constantiam amentis incertis vocibus, quae nonnunquam largitionibus corruptum perfricta fronte venditat. *De Fortitud.*
- S. PROSPER. 134. Qui plus gaudet ex eo quod laudatur, quam ex eo quod habet unde laudetur, male laudatur. Lib. 3, *de Vita contempt.*, cap. 20.
- S. REMIGIUS 135. Qui non placet Deo, neque meretur lau-

dari ab illo, quamvis ab omnibus laudetur. *Super Epist. ad Rom.*, cap. 2, can. 29.

136. Illi mendaciter praedicari non debent, qui se cupiunt titulo etiam false laudis ornari. Lib. 2, *de Gubern. Dei.*

137. Quando quis subiacet mutationi, non potest cum securitate laudari. *Prosec.*

138. Tunc stabilis et firma laus est, quando meritum non poterit jam perire laudati. Lib. 4, *ad Eccles. Catholic.*

139. Ea ex omnibus laus, quae perniciem cum voluptate consciscit, venenatis potionibus similis mihi esse videtur, quas melle perfusas moriturus propinquant. *De Regno ad Arcad. imperat.*

140. Laus nonnisi internis convenit, in quibus felicitas stabilitur. *Ibid.*

141. Magnificeri oportet quod publice laudatur. praesertim si is nominis gloriam insignem habeat, qui laudandum id suscepit. *Ibid.*, in *Encomio calviti.*

142. Virtutis in laude premium est. *Epist. 62, ad Duceum.*

143. Quid prodest vana laus hominum, quando intus arguit mala conscientia peccatorum? *Serm. 8, ad Novit.*, divis. 9.

144. Nocent vana laudes, et fallunt animos sicut anceps fistula dulciter canens, decipit et arripit aves. *Serm. 10, ad Novit.*, divis. 9.

145. Seipsum denigrat et confundit, qui patrum suorum sanctitatem laudibus commendat, et humilium eorum conversationem sequi negligit. *Ibid.*, *serm. 14, divis. 8.*

146. Non es sanctior si laudaris, nec vilior si vituperaris: quod es, hoc es; nec major dici vales, quam Deo teste sis. Lib. 2, *de Imitatione Christi*, cap. 6, sect. 3.

147. Dum inhiat homo laudibus humanis, privatur veris virtutibus. *Ibid.*, lib. 3, cap. 40, sect. 4.

148. Plus nocet blanda laus stulti, quam dura correctio justii. In *Hortulo Rosarum.*, cap. 8, sect. 1.

149. Cave laudari, time magnificari: non est sine laude, qui propter Deum spernit laudes. In *Valle Illiar.*, cap. 31.

150. Fallax fallacem, vanus vanum, caecus caecum, infirmus infirmum decipit, dum exultat: et magis confundit, dum inaniter laudat! Lib. 3, *de Imit. Christi*, cap. 50, sect. 8.

151. Quam multis nocuit virtus scita, ac praepropere laudata. *Ibid.*, cap. 43, sect. 6.

152. Sicut fieri non potest, ut simul et herba nascatur et semen: ita impossibile est, ut laudem secularium quaerentes, simul etiam et fructum faciant caelestem. Lib. 3, num. 113.

S. SYLVANUS.

S. SYLVANUS, EPISCOPI.

THOMAS A. KEMPIS.

GRANDUS II.

SENTECA.

IN VII PATR.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

153. Laus virtutis est: haec enim ad res honestas agendas idonei sunt. Lib. 4, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 12.

154. Virtutem laus, vitium autem vituperatio consequitur. Lib. 4 *magnum Moral.*, cap. 9.

155. Laus rerum gestarum est. Lib. 3 *Rhetor.*, cap. 16.

156. Digna laude ea sunt, quae justa, quae legitima, quae utilia, quae honesta, quae jucunda, quae facilia facta sunt. *De Rhetor. ad Alexandr.*, cap. de *Genere demonstrat.*

157. Horum quae in virtute posita locataque sunt, jure laudantur: contraria autem, a laude subducuntur. *Ibid.*, cap. *Laudandi species.*

CATO PORT.

158. Cum te aliquis laudat, judex tuis esse momento. Lib. 1 *Distich.*, metr. 27.

CICERO.

159. Si hominem laudas abundantem felicitatis, laudas egentem virtutis. Lib. 4, *de Arte Rhetor.*

160. Nolo esse laudator, ne videar adulator. *Ibid.*

161. Cujus virtus moresque laudandi sunt, ejus laudanda vita est. *De Paradis.*, cap. 3.

162. Praeclara illa laus est, a bonis viris juste laudari. *de Fortunidine.*

163. Nihil turpius est ei, qui aliquid se esse opinatur, laudemque affectat: quam occasione laudis querere non ex seipso, sed ex majorum gloria. In *Dialogo Menezeni.*

164. Consentaneum est eos laudibus exornare, qui cesserunt a vita, si corporis et animi virtutes res praecelaras gesserint, legibusque libenter paruerint. *Prosec.*

165. Superstitis autem laudibus hymnisque celebrare, non satis tutum est, priusquam videlicet praecelarus exitus vitam felici fine coronaverit. Lib. 7, *de Legibus.*

GRANDUS II.

166. Propositum est mihi principem laudare, non principis facta: nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. In *Panegy. de Trajano august.*

SENTECA.

167. Si potestis, bonos laudate: si minus, transite. *De vita beata.*, cap. 7.

168. In homine id laudandum est, quod ipsius est: quod in ipso, non quod circa ipsum est. *Prosec.*

169. Lauda in ipso quod nec eripi potest, nec ab homine dari, quod proprium est hominis. *Epist. 41.*

170. Qualis quisque sit, scies si quemadmodum laudetur, aspexeris. *Epist. 52.*

171. Sicut laudare dignos, honesta actio est:

ita laudantis bonum est, cuius actio est; non nostrum, qui laudamur. *Epist. 102.*

172. Licet vir bonus taceat, sed aliquem judicet dignum laude, laudatus est.

173. Laus taciti est bene sententis, ac bonum virum apud se laudantis.

174. Magnificum est laudari a laudato viro laude digno. *Ibid.*

175. Laus alit artes, non laudatio, quae corrumpit artes. *Ibid.*

176. Nihil aequae et eloquentiam et omne aliud studium auribus deditum vitavit, quam popularis assensio. *Ibid.*

177. Merentem laudare, justitia est. *Ibid.*

178. Lauda parce, vituperata parcius: nam reprehensibilis est nimia laudatio. *De quatuor virtut.*

179. Sit tibi tam triste laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia. *Ibid.*

180. Malorum de te existimationes malas, veram tui laudationem adscribe. *Ibid.*

181. Bonum est laudari, et esse laudabilem. *De Moribus.*

182. Malis displicere, est laudari. *Ibid.*

183. Laus nova, nisi oritur, etiam vetus amittitur. In suis *Prov.*, in fine positus.

184. Intolerabilis fit malitia, cum laudatur. *Sextus Philosoph.*

185. Devisa infidelium laudes. *Ibid.*, sent. 232.

186. Turpe ducito proprio ore laudari. *Ibid.*, sent. 276.

187. Publica religione concessa virtus, nulla privata laudatione indiget. Lib. 3, *Dictor. memorabil.*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Adulatio*, sent. 45; *Arrogare sibi*, sent. 36; *Conversatio*, sent. 26; *Disputatio*, sent. 51; *Gloria vana*, sent. 80; *Honor*, sent. 32, 76; *Humilitas*, sent. 70; *Jactantia*, sent. 25, 27, 60; *Imitatio*, sent. 14; *Predicatio*, sent. 156; *Sanctitas*, sent. 49; *Vir*, sent. 41.

LAUS DEI.

Divisio. Laus Dei in tribus consistit: in benedictione, in magnificentia, in bonorum persecutione. *Super Psalm. xxxiii.*

Perfecta laus Dei in tribus consistit: in mentis devotione, in vocali confessione, in exteriori opere. *Super Psalm. xxxiv.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Magnificatur Dominus, non quod ei aliquid humana voce possit adungi; sed quia magnificatur in nobis, dum anima nostra imaginem Dei (ad cuius est similitudinem creata) magnificat.

S. BONAV.

HUGO GARD.

S. AMBROS.